

H 231
3

00. 11.

Hust.

III. Ca. 2.



Quarto N. 521.

III 4^{to} I II 2

J. VI, 880.



1. D.
2. D.
3. La.
4. D.
5. D.
6. D.
7. D.
8. F.
9. D.
10. D.
11. C.
12. D.
13. C.
14. D.
15. D.
16. C.
17. D.
18. D.
19. C.
20. C.
21. C.
22. C.
23. C.
24. C.
25. C.
26. C.
27. C.
28. C.
29. C.
30. C.
31. C.
32. C.



Hoc in Volumine sequuntur

1. Philologia suspecta et invisa ad Col: 2 p 8.
2. De Divis gentium tutelariis ex antiquitate
3. Carmen seculare de spiritu S. ex Hiero publicatum
4. De sensu scripturae sacrae
5. De Dei nostri gratiam in Caesariam transmigrantibus ad Judae 4.
6. De conclusionem a mortuorum resurrectione ad resurrectionem Christi valida ad 1 Cor: xv p 13-16
7. De Isaac fidei conjugalis exemplo ad Mal: 2 p 15.
8. Fidelium Μαρακ θυβις ad Ebr: VI p 18. 19. 20.
9. De Paulo e carne Pauli extracto ad 2 Cor XII p 4. ~~legg~~
10. Deus gratiosissimus
11. Cunctus fluminum ad Er: LVII p 6.
12. De velis tabernaculi atq; templi
13. Commentatio philologica ad 1 Reg: XIX p 4.
14. De fucis et tinctura oculorum, faciei, capillorum ad Deut: XXII p 5.
15. ad eorum eundem Diff: II. de speculo.
16. Adversus opiniones doctorum quorundam
17. De anno Tobelies secundum disciplinam Hebraeorum ex Lev: XXV.
- 18-21. Quadriga Disputationum theol. de arbore Vitae à Echemitio
22. De usu alborum calculorum apud veteres ad Apoc: II p 11.
23. Disputationum Anti-Harduinianarum biga.
24. Manductio philologica ad notitiam Dei naturalem
25. De animabus his mortuorum inter coelites comorantibus in prima separatione
26. De Noë et Vaticinio ejus
27. Phariseos a protobaptista non baptizatos
28. De justificatione coram hominibus
29. Disertatio epistolica ad Marc: XI p 13.
30. An S. S. Trinitas ex ratione demonstrari queat?
31. Decas meletematam philologicorum
32. De Judaeis preputium attrahentibus ad 1 Cor: VII p 18.

33. Quod Christus in coena sua σαρψωσεν agnum paschalem non comederit.

X 34. De grecorum proverbio προς κεντρα λακτιζειν ad Act: 8 vs. 26 & 15.

35. Decas observationum philologicarum et litteratura

Graeca	Arabica
Hebraica	Persica
Chaldaica	Aethiopica
Syriaca	Armenica
Samaritana	Coptica.

36. De Ierosolymis aureis

37. De Theraphim ad Mosae 3 & 4.5.

38. Discours sur l'accroissement de la philosophie par la revelation.

X Phil

76
QVINTA LEGALIVM
COLLEGII PUBLICI
DISPUTATIO

Adversus

OPINIONES DOCTO-
RUM QVORUN-
DAM,

CHRISTO DUCE & AUSPICE CHRISTO
Veritatis Autore, Assertore & Vindice;
Qui solus aiaudet & :

PRÆSIDE

CLARISSIMO, CONSULTISSIMO

atq; Excellentissimo

VIRO

DN. CHRISTIANO CARPZOVIO

J. U. D. & Academico Professore
dignissimo:

RESPONDENTE

GEORGIO Palbiskij à Nemitz
Nobili Pomerano,

Habebitur 21. Januarij.

Francofurti ad Oderam.

Typis exscripta MICHAELIS KOCHII

ANNO

M. DC. XXXVI.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a list or index of some kind, but the characters are too light and blurry to transcribe accurately.



FELICITER!

Auspicari libet aureolo Augustissimi Aurelij Augustini, Argutissimi Doctoris, Acutissimi Disputatoris, Accuratissimi Scriptoris, (& Sacri licet, quandoquidem Opinanti, quod nolle excidisset, Dictatori quasi nostro, Credere mihi religio est *Religionem non pertinere ad Edictum Pratoris*) Acroamate: *Tria sunt in animis hominum distinctione dignissima: Intelligere, Credere, Opinari; qua si per seipsa considerentur, primum semper sine vitio est, secundum aliquando cum vitio, tertium nunquam sine vitio. Quod intelligimus, debemus Rationi: quod credimus, Autoritati: quod opinamur, Errori. Sed intelligens omnis etiam credit; credit omnis & qui opinatur; non omnis, qui credit, intelligit; nullus, qui opinatur, intelligit, xi, de util. cred.*

II.

Hinc mihi vobiscum res & certamen erit, Opinatores. Opiniones communes vestras, ex se fatoq; suo vim leges amulantes, ipsi etiam Veritati, Serenissimæ ac Potentissimæ Regi-
næ, prævalere opinamini. Ego verò, absit impetrare possim, hoc ab animo, ut Animam nostratis Philosophiæ insuper aut infra id habeam, quod monstri perhibetur simile. Generosè, Vir illustris & suo pro Genio, Pater Scaliger: *Quid turpius, inquit, quam ex omnium rerum Domino atq; Dictatore Intellectu nostro efficere mancipium alienæ libidinis?* Et Masculè Seneca Filius: *Non me cuiquam mancipavi, nullius nomen fero; nescius fortean, uti foro.* Quod utiq; tamen non tali auxilio, quale superstitiosa Criticorum quorundam (nolo hæc audiat, aut ignoscat volo Fabrianus Hyperaspistes) literatura excogitavit, egere censet, Vir multæ lectionis, magnæ eruditionis altiç; iudicij Besoldus de Principijs Juris assertionem xx xii.

III.

Tribonianum Avarum, huic forsitan uni (*Φιλαργυρίας*)
E 2 potuisse

2.

potuisse occumbere culpæ concedo: at acriter valdè in virum
euntibus, vanum fuisse Paganum, fuisse Impium, Adulato-
rem, Impostorem, Juris ut condendi Rudem & Imprudentem
ita conditi Falsarium, non credo.

IV.

Miror Alciato, Budæo & acerrimo Aristarcho A. Fabro
Rhapsodias Suidæ (sublestâ fide Autoris) velut ex Jovis tabu-
lis esse testes adversus ipsum Justinianum: qui si quovis
ἀναλφάβητος fuisset imperitior, impudentissimo mendacio fa-
mam suam prostituisset, ausus asserere, se recognovisse Insti-
tutiones & Digesta perscrutatam esse. Sed indignius indigna-
tur Forcatulus, non veritum Suarij filium divinas sibi senten-
tias vindicare. Taceant; ac Suidam suum, qui ipsos fefelle-
rat, ex Procopio emendent.

V.

At qualem, Deus Bone, Procopiano in speculo Imperato-
rem video! Piget dicere: Concorso vitiorum notabilem.
Sed pluris apud me religiosissimus & ei cortaneus & præco
Sanctitatis Agapetus, contraria terè totius in orbis conspectu
asserens. Hujus (ô cujus!) Viri pietati candorem defuisse; so-
lumq; Procopium, ambiguae religionis hominem, & (parum
abest, quin cum Photio atq; Suidâ Gentilium impietate dam-
nem) Christianam qui Fidem privatis rationibus meturus, si
nō mentitus, est, suæ quasi Deæ Veritati litasse, vix verosimile.

VI.

Dum sanè commentationē in Jus suum prohibere Noster
voluit, omniq; carentem vitio legislationem introducere,
falsus planè fuit. Falsus & Fridericus Barbarossa (quantus Prin-
ceps!) si serid, quæ Lehman refert in Spirensi Chronico:
Von Rechten sol man nicht disputiren. Denn wo man disputirt/
darüber steht man im Zweifel; woran man zweiffelt / darinnen
hat man keine Gewisheit / obs recht oder vnrecht / gut oder
böß / nütz oder schädlich sey: Wo keine Gewisheit ist / da selle der
Eyser /

Eyfer/ Fleiß vnd Obacht bey der Obrigkeit/ vnnnd bey den Untertthanen der Gehorsam vnd Folge/ darüber geht alles zu grunde.
Benè potius, benè sit Manibus tuis, Optime Imperator Lothari (Venia verò manui meæ à Maximo, jam & placidâ compoſto pace, Monitore Juſto Lipſio; neque ſtet per eum, quò minus ſepulcrum tuum roſæ aut lilia ornent, etiã ſi nobis tot tricas & ſpinas ſeviſſe videaris) qui lucis in oras à tenebris Orci revocatum Jus Romanum majore celebrandum ſtudio & diligentiore colendum operâ tradidiſti Prudentibus, Wernero maximè tuo, latiori cum poteſtate & interpretandi & diſputandi. Diſputare verò non eſt Antinomias nudè & literaliter conciliare; ſed vivis Pugnare rationibus, inquit Beſoldus noſter d. l. 32.

VII.

Antinomias in Jure non reperiri, Glorioſiſſimo Juris Auctori, non deſunt, qui non credunt. Nec ego tam quidem temerarius aut ignarus mei, *Quid valeant vires, humeri quid ferre recuſent*, ut ſolvendi mihi quas objici ſi contigerit, onus Æthiã gravius & periculofa plenum opus aleæ ſuſcipiam. Non tamen omninò fidem derogare audeo: cui propriã quandoq; in cauſa judicare licitum audio, ſi libitum; quare non etiam teſtari? libere licet, cum parum deceat, rarò debeat; cum nimis odioſum ſit, minus expediat.

VIII.

Plus arti etiam noſtræ tributum cupio: quam fieri vix poſſe, quin contemptui exponamus, ſi mutuò pugnantia continere præcepta dicamus. Turpe etenim, qui doctrinam profitentur eandem, inter ſe; turpius unum & eundem à ſe diſſentire, ſui ipſius immemorem; at longè turpiſſimum, ſi difficiliora occurrant, ad aſylum illud confugere. *Non omnium D. de ll. Quod non culpæ artis, ſed inſcitiaẽ artem non ad ſequentis adſcribendum teſtatur Sextus Cæcil. 20. Noct. Ath. 2.* Et valdè placet ſubtilis ille ſenſuum ac ſublimis in primis Tertullianus

mus noster (nec enim Presbyter solummodò, sed etiam Juris-
consultus) in admirabilis Apologetici sui, quo seipsum vicit
& omnes, quarto capite, quod pulchrâ hâc veluti gemmâ ob-
signat: *Nulla lex sibi soli conscientiam Justitiæ suæ debet: sed eis, à
quibus obsequium expectat. Caterum, suspecta lex est, quæ probari
se non vult; improba autem, si non probata dominetur.*

IX.

Institutiones quin Pandectis detrahant, vix dubitare,
quæ contrâ me faciunt,

X.

Variante Doctoris unius sententiâ, Nevizanus amplecten-
dam censet, quam in tractatu videre est. Nos integerrimo
cum Stuckio, Helmstadij Antecessore, Consiliorum vix mi-
norè quàm tractatum esse auctoritatem putamus. Nec enim
Vir bonus pretio numario didicit scientiam aestimare suam,
vel dehonestare; dum honorarium à consulente ob illud,
quod expetit is, quanquam non expedit, offerendum sponte
prompteq;, expectat.

XI.

Mirè operam videtur abuti suam Gilkenius. Dum seriò
conquisitis argumentis Prudentiam Juris probare Scientiam
fatagit. Et Zabarellæ per me quidem tacere licuisset, *simplicem
esse Peritiam, quæ neq;, Scientia, neq;, Prudentia, neq;, Ars nuncupari
possit.* Hoc lubens de rabulis ego forensibus acceperim; qui
non magis sunt Jurisconsulti, quàm Empirici Medici; cum
non tam Juris quàm Jurgij, non tam justitiæ quàm litium ma-
litiæ pandant vias; ac uti CL. Taubmanni ad Jurisconsultissi-
mum Zangerum versu exprimam: *Semper Cavillent, dum Ca-
vere nesciunt.*

XII.

Jus & Jurisprudentiam idem esse persuaserunt sibi Vul-
tejus, Wesenbecius, Connanus, Corasius; Mihi aliud Cujaci-
us & Duarenus.

XIII.

Jurisdictio ex veterum usu Romanorum probè definitur &
Potestas de Civilibus & Privatis causis jus reddendi, jure Ma-
gistratus

gistratus competens. Et rectè inesse Mixto dicitur Imperio l.
3. D. de Jurisd. res una cum illo & eadem, non rectè dicitur
An aliqua verò & Criminalis, ab Imperio quæ Mero diversa &
Nec istud Obrechtus facile persuaserit.

XIV.

Sententia Judicis vix modus videtur aut titulus dominium
transferendi. Quod verò secundum edita in lite instrumenta
sive adductas probationes, adversus conscientiam veritatis,
hæc ferri debeat: asserere vetat Conscientia. Cujus potio-
rem ac Famæ habendam rationem à Sapiente Seneca Magnòq;
Gregorio didici.

XV.

Quæstionem vexatissimam: An Princeps solutus sit legi-
bus? Absolvendam distinctione arbitror inter Principem,
Leges & Solutum esse. Non minus hinc, quatenus obligetur
ex Conventionem; quatenus, quod Subditorum est, auferrè
possit: expediri poterit. At Dominum Mundi revera esse Ro-
manum nostrum, dicere non audeo. Colere hunc gaudeo
(cum vetustissimo inter Latinos Patre dicam, Tertulliano
meo,) ut hominem à DEO secundum, post DEUM primum, &
ante omnes, & suprâ omnes homines: omnibus hominibus
majorem, solo DEO minorem. Huic (pergò ex eodem cum
prisca Ecclesiâ) *Vitam prolixam, Imperium securum, domum
tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem
quietum apprecemur.* Apprecemur, inquam: incumbente & aliâ
majori necessitate nobis orandi pro Imperatoribus, etiam pro omni
statu Imperij, rebusq; Romanis, quod vim maximam universo orbi
imminentem ipsamq; clausulam seculi acerbitates horrendas com-
minantem Romani Imperij commeatu scimus retardari. Sic Urbis
Æternæ Consul: Vel ideò memorandus plurimû, quod solus
è Papinianæ nostris misso Gentilitati repudio, mundi que
vanitate pro derelicto habitâ ad Nuptias Agni se contulit. In
quarum jucundâ mentione, ne thesû numerus ultrâ præfinitum
Collegio quindenarium excreseat, hic

FINIS.

Genere, Virtute, Literaturâ

Nobilissimo Autori

Dn. GEORGIO Palbitzky


Jun. &c.

PHOEBI delictum, Romanæ gloria Suadæ
Eunomiæ splendor, Sicelidumque decus.
Inclute, nobilium soboles generosa Parentum,
PALBITZKY, gentis fama sat amplaturæ,
Cujus ab innumeris animæ vis lecta libellis
Pro lare germano pectora dia colit.
Quis non digna tuo Genio libabit, & omnes
Castalij fontis proliciet latices?
An quisquam dubitat plenis edicere buccis
Ingenij celsas nobilioris opes?
Tu modò matura. Subsellia scandito felix
Et sacra fecundo jura tuere sono.
Descendis Victor nomicâ clamatus arenâ
Excolit & geminas plurima palma manus.
Ipsa dabunt luci lucem meletemata, Sola
Quæ mage mirari, quàm celebrare licet.

Gratulabundus

accin.

ALBERTUS SCULTHES.



Georg
Bert für Dolk
Baiber
Berg



AB 64 199


ULB Halle 3
001 970 631



5b

VD 17







76

QVINTA LEGALIVM
COLLEGII PUBLICI
DISPUTATIO

Adversus

OPINIONES DOCTORUM
QVORUNDAM,
DAM,

CHRISTO DUCE & AUSPICE CHRISTO
Veritatis Autore, Assertore & Vindice;

Qui solus auctores:

PRÆSIDE

CLARISSIMO, CONSULTISSIMO

atq; Excellentissimo

VIRO

DN. CHRISTIANO CARPZOVIO

J. U. D. & Academico Professore
dignissimo:

RESPONDENTE

GEORGIO Palbickij à Nemitz

Nobili Pomerano,

Habebitur 21. Januarij.

Frankofurti ad Oderam.

Typis exscripta MICHAELIS KOCHII

ANNO

M. DC. XXXVI.